PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Paulus episcopus servus servorum dei Venerabili fratri Episcopo Cesenat. Salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filii Communitas hominum Terre Montissancti Firman. dioc. quod nonnulli iniquitatis filii tam seculares et ecclesiastice quam alie persone quos prorsus ignorant veritatem super eo quod quedam fuerat possessio campestris et laboratiua cum quadam domo quam nunc habet et possidet Iulianus de Barbarossa de Montelupone dicte dioc. in contrata de Casale iuxta res Cesaris Credentiati de Montesancto a pede viam publicam a capite versus montanea et alia latera pro finibus quam dicti Iuliani vel suus pater cum habuerit et qui dictam possessionem a tempore quo memoria non potest habuerint antequam ad manus dicti Iuliani devenerit et etiam an ipsa possessio in catastro Montislupone sit descripta et a quanto tempore citra reperiatur scripta et sub qua via et ordine fuerit scripta necnon veros confines inter territorium Montissancti et territorium Montislupone a flumine de Potenza usque ad planum de la Sole mapriendo existentes ac situm seu locum quem la Crespa de Sancto Augustino vulgariter nuncupatur et si in territorio Montissancti vel in territorio Montislupone fuerit ac propterea [illegible] terminos saxium vel confinem seu confines [illegible] seu de presenti inter territorium Montissancti et territorium Montislupone existentes euellendo seu mutando aut euelli seu mutari faciendo ac se a veritatis testimonium perhibitione super premissis abstinendo et veritatem super eisdem premissis de visu auditu vel alias ipsis significantibus propalare non curando quecumque grauia damna pariter et iacturas eisdem significantibus nequiter intulerunt et ad id faciendum auxilium consilium et fauorem dolose prestiterunt in animarum suarum periculum et ipsorum significantium non modicum detrimentum Super quo dicti significantes apostolice sedis remedium implorarunt. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus omnes et singulos premissorum occasione damnorum illatores auxilium consilii et fauoris prestitores ac veritatis super premissis celatores et occultos ex parte nostra publice in ecclesiis coram populo per te vel alium seu alios moneas ut infra competentem terminum quem eis prefixeris ea prefatis significantibus a se debita restituant et reuelent ac de ipsis et damnis ac iacturis premissis plenam et debitam satisfactionem impendant Et si id non adimpleuerint infra alium competentem terminum quem eis ad hoc peremptorie duxeris prefigendum extunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferens ac eam faciens ubi et quando expedire videris usque ad satisfactionem condignam solemniter publicari. Dat. Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quadragesimo tertio Tertio [illegible] pontificatus [illegible]

Mar.

[illegible] Sanli

Fr. Cordellas [illegible]

[illegible] Chiuccii

Scommunica contro Giuliano Barba-
rossa, che volle Levare un
termine divisorio de' Confini
tra' m.te Lupone, e M.te Santo
Paolo III.

1444

N.° 45.° 44